

**S**peculum sapientie beati Cirilli episcopi alias quadripartitus apologeticus uentus. In cuius quidem prouerbis omnis et totius sapientie speculum claret. **Felicit**er incipit.

**H**ic prologus.



Secundum aristotilis sententiam in probleumatibus suis. quanquam in exemplis. in ascendendo gaudent omnes in disciplinis moralibus. Hoc tamen amplius placet. quoniam am structura morum imagine picta rerum similitudinibus palacium uirtutis ostendit. eo quod ex naturalibus animalibus. moribus et proprietatibus rerum quasi de uitiis imaginibus humane uite qualitas exemplatur. Totus etenim mundus. uisibilis est scola. et rationibus. sapientie plena sunt omnia. Propter hoc filii carissime. in formatiua uiuentutis tue documenta moralia. non de nostra paupertate stillantia. sed de uera magistrorum. tibi nunc scribere cupientes. cum adiutorio gratie dei ea trademus. ut intelligas clarius. addiscas facilius. gustes suauius. reminiscaris tenacius per fabulas figurarum. Sed quoniam principibus quatuor uirtutibus. scilicet prudentia. magnanimitate. iusticia et modestia. edificium recte uite precludit et fundat. Hec enim sunt quadratura tabernaculi domini et quatuor bona iob. Ac illa que nabuzardan destruxit in subuersione iherusalem. Templum sapientie. murus urbis uirtutis potentie palacium regine iusticie. ac domus iherusalem. pacez modestie. Equibus prudentia. uir ordinat in deum. magnanimitate uero in seipsum in aduersum ne decidat. et moderantia in prosperis ne mollescat.